

Q.K.
414
4

X 1876794

Π i
670

S. LUCAS EVANGELISTA

DISSERTATIONE HISTORICA
descriptus,

JUVANTE TRIUNO
&

Inclyto Philosophorum Ordine consentiente,
Eruditorum

placida proponetur ventilationi

à

PRÆSIDE

M. JOH. ABRAHAMO
KOEHLERO,

Annæbergâ - Misnico, SS. Theolog. Stud.

&

RESPONDENTE

GEORGIO CASP. TAUBNERO,

Gayrâ - Misn. SS. Theolog. Stud. & Magist.

Candid.

ALUMNIS ELECTORALIBUS,

die ultimo Decembris A. M. DC. IIC.

H. L. Q. C.



L I P S I Æ,
Literis CHRIST. GOEZII.



2. LUCAS
EVANGELIA

DESSERTATIONE HISTORICA

de scriptis

JUVANIS FRONTO

&

in libro Philosophorum Ordine conseruato

traditione

placida proposita conseruata

PRÆSIDENTE

M. JOH. ABR. HAMMO

KOENIGER, C.

Ambergi, Mense 22. Theob. 1792

GEORGIO CASP. TABERNO

Candide, Mense 22. Theob. 1792

Candide

ADMINIS. DIRECTORIBUS

in Universitate Ambergi

H. L. O.

LIBRARIIS

UNIVERSITATIS AMBERGÆ





I. N. J.

I.



LUCAS Evangelista inter alia nobis delibe- Ratio the-
rantibus differendi præbuit materiam. Quem matis.
etiam eò libentiùs jam proponendum elegimus.
quo magis argumentum hoc tum nostris stu-
diis apprimè respondere, tum etiam utilitate
sua pariter, ac jucunditate se nobis commen-
dare videbatur.

II. Prima autem cura nostra circa nomen Evangelistæ versa- Nominis Lu-
bitur. Verum hic in limine statim deprehendes sententiarum divor- ca Etymolo-
tia. Sunt enim, qui arbitrantur a) nomen hoc Λυκάς ex He- gia.
bræo idiomate suam trahere originem, scribique in eadem lingua
קִיִּי pro קִיִּי ה' h. e. IPSI RESURRECTIO, quo ipso
ejus intuenda religione verâ fortitudinem non minus, ac alacrita-
tem innuere videntur. At si consideres, Hebraicè non scribi vo-
cem hanc קִיִּי per ק, sed potiùs קִיִּי per ס; ἐτυμο-
λογίας hujus facilè patebit vanitas. Sed & illi in diversas abeunt
sententias, qui Latio debere ortum suum nomen hoc existimant.
Λυκᾶν enim contractè idem esse, ac Lucillium, planè singulari mo-
do suspicatur Grotius b). Hoc verò nomine Romano nostrum
à patrono suo Lucillio, qui cum manu miserat, appellatum esse
autumat. At enim verosimilius nobis cum aliis c) videtur nomen
hoc descendere à LUCE, adeoque Lucam idem & eundem esse, qui
Romanis Lucius: quo quidem nomine solebant illos appellare,
qui matutino tempore oriente luce erant prognati.

A 2

a) Vi-

- a) Videatur Joh. Leusden in Philologo Hebr. Græc. Dissert. XVIII. Sect. XII. p. 145. qui prodiit Ultrajeeti 1670. Michaël VValtherus in Officina Bibl. Repositorio post. Theca V. Arcula 3. §. 1081. pag. 1057. VVirteb. 1688. b) Annot. in Lucam, quæ exant in T. IV. Criticorum S. p. 1151. seq. edit. Londini 1660. c) v. Joh. Leusden & VValtherus ll. cc. adde Georg. Pasoris Etyma nominum propriorum in voce *Λυκάς* pag. 47.

Synonymia.

III. Atque hinc etiam factum esse arbitramur, quod Paulus ad Romanos scribens, flexione ipsis usitatâ, nostrum vocet *Λυκαίον*. a) Hunc enim à nostro Luca minus alienum esse, censet non tantum è veteribus Origenes, b) sed & è recentioribus nonnulli, c) fanè non contemnendis rationibus nituntur illud asserentes, uti postea patebit §. seq. & quem quæso alium indigitare velit Epiphanius, qui postquam egerat de Pseudo-Apostolis, tandem hæc fabneçit verba: *Et Johannes quidem ejusque discipuli, maximeque Lucius (Λευκίς) & alii plerique illorum conatibus sæpius obstiterant d.)* Tandem illud saltem adhuc annotatu dignum judicavimus, quod Thomas Smithus, Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter referat e) extare in Bibliotheca Cottoniana Codicem Evangeliorum ante mille annos scriptum, in quo ad finem Evangelii S. Lucæ occurrant hæc verba: *Explicit Evangelium secundum Lucanum*: unde vult colligere, nostrum Evangelistam non *Lucam* sed *Lucanum* antea fuisse dictum.

- a) Rom. XVI, 21. b) Annot. in Ep. ad Rom. citante Cæf. Baronio T. I. Annal. Eccl. ad an. 58. num. XXXV. p. 535. conf. ipsum ad an. 61. n. IX. p. 624. prodierunt Antverpiæ 1597. ex officina Plantiniana. c) Sixtus Senensis in Biblioth. S. Lib. I. p. 17. edit. Colon. 1586. Cornel. à Lapide Comment. in Lucam p. 2. impress. Antverp. 1639. d) Lib. II. adv. Hæref. T. I. Hæref. LI. n. VI. p. 427. edit. noviss. Colon. 1682. e) in Historia & Synopsi Bibliothecæ Cottonianæ pag. 34.

Homonymia.

IV. Nostrum autem in citato loco Lucam intelligi per Lucium, negat Hugo Grotius a) putans *hunc non alium à Cyrenensi esse*. Et cum Aventino Magdeburgenses b) huic consentire videntur. Utrunque tamen nullam legimus adductam rationem. Quare meritò nunc licet dubitare, num Cyrenensis ille Romanos salutet per Apostolum? certè non pauci anni intercesserant, ex quo cum Barnaba Apostolus inter alios à Cyrenensi separatus fuerat, Act.

Act. XIII, 1. sqq. cum è Corintho *c*) has ad Romanos exararet literas. Veritati autem atque tempori videtur magis consentaneum, illorum nomine Romanis Apostolum salutem impertire, quibuscum brevi ante fuerat versatus. Rem reddit adhuc firmiorem, quod Paulus præter Lucium aliorum quoque meminert; qui unà cum Luca Paulo erant conjuncti, *cognitione scil. non sanguinis, sed spiritus, quod eos in Evangelio genuisset*, uti vult Origenes *d*) vel quod verius putat Baronius *e*) *quod essent ejusdem generis cum Paulo, scil. Judæi.* Sunt isti videlicet Sosipater, qui Berrhoënsis esse creditur Act. XX, 4. Berrhoë autem Paulus fuerat Act. XVII, 10. Jason Thessalonicensis Act. XVII, 5. & ante hosce noster Lucius, qui Troade Apostolo adhæserat, uti colligitur ex Act. XVI, 10. Adde quod Baronius *f*) disertis verbis asserat, Lucium Cyrenensem Episcopum ab eo alienum esse, cujus Paulus meminit. Sed hunc à Luca quoque nostro Evangelista diversum esse Martyrologium Romanum *g*) asserit, locum Lucio tribuendo in primis Christi discipulis: immò & Baronius *h*) dum ipsum Laodicensi Ecclesiæ affirmat fuisse præfectum. Enimverò unde habet quæso Martyrologium Catalogum Discipulorum Christi? quo fundamento quæsonitur sententia Baronii? cur nam ipse dubitat, num Lucius Laodiceæ, an Olympiadis fuerit Episcopus? & numnè hæc consentiunt cum iis, quæ dixerat superius? *i*) ubi jam contrarium confessus fuerat. Hinc adhuc firmo talo nostram niti existimamus sententiam.

a) loco §. II. cit. *b*) in Hist. Eccl. Cent. I. Lib. II. cap. II. p. 23. Basil. 1562. *c*) Rom. XVI. fine. quando vero Corinthum venerit, lege Act. XVIII, 1. *d*) Comment. in Epist. ad Rom. c. XVI. *e*) Annal. Tom. I. ad an. 50. num. LVII. p. 543. *f*) in Notis ad Martyrologium Rom. ad diem 6. Maji pag. 192. prodiit Antverpiæ ex officina Plantiniana 1613. *g*) ad diem 22. April. p. 169. *h*) Notis ad locum è Martyrolog. cit. p. 169. *i*) loc. cit. lit. *e*.

V. Porrò etiam notamus nomen Evangelistæ Lucæ nostro tribui non tantum illo significato vocis laxiori, quo eum notat, qui est ad prædicandum Evangelium emissus Act. XXI, 8. 2. Tim. IV, 5. &c. sed etiam notatione specialiori, qua eum nobis sistit, qui Evangelium conscripsit *a*) quorum tantum quatuor *γυνώϊως* talium agnoscimus: *quatuor enim tantum Evangelia esse, quæ citra con-*

Evangelistæ
notatio.

controverſiam admittuntur in Eccleſia aſſeritur apud Origenem b) quamvis multa olim circumferebantur apocrypha ex Gelafii Decreto referente Petro Daniele Huetio c)

a) vide ſis Joh. Leusden in Philol. Diſſert. XVII. Sect. III. p. 135. & Magdeburgenſes H. E. Cent. I. lib. II. cap. IV. p. 194. coll. p. 403. b) Comment in Matth. T. I. p. 203. edit. Coloniae 1685. c) Notis ad Comment. Origenis in Matth. T. XIII. p. 53.

Patria

VI. Nomine ſic ſatis perluftrato rem ipſam nunc aggredimur. Viadicat hic ſibi primas Patria, quæ ſatis celebrata noſtro contigit. Eſt illa in libris Maccabæorum Apoſtolorumque Actis toties commemorata Antiochia. a) Τί ποτ' ἐν ἐστὶ τῆς παρ' ἡμῶν πόλεως ἀξίωμα ἐγένετο πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς μαθητῶν χριſτιανῶν. Τῆτο δὲ ἐδεμία τῶν κατὰ τὴν οἰκουμενὴν ἐχθ' πόλεων, ἐδ' αὐτὴ ἡ Ῥωμύλα πόλις. Sic gloriatur de eadem Chryſoſtomus. b) Cui ſuccinunt omnino Patres Concilii Conſtantinopolitani I. anno Chriſti CCCLXXXI. Theodoſio M. imperante, & primo Meletio Antiocheno, dein verò Neſtario Conſtantinopolitano Epiſcopo præſidente habiti c) in Epiſtola Synodicâ ad Romanenſes, dum Eccleſiam Antiochenſem vocant: τὴν πρεσβυτάτην καὶ ὄντως ἀποſτολικὴν ἐκκληſίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἐν ἣ πρώτῃ τὸ τίμιον τῶν Χριſτιανῶν ἐχρημάτιſεν ἔνομα &c. h. e. uti Valeſius reddit: *Antiquiſſimam veramque Apoſtolicam Antiochenſium in Syria Eccleſiam, in quâ venerandum Chriſtianorum nomen primum innotuit.* d) Quod ipſum à primo poſt Petrum Antiocheno Epiſcopo Evodio, ſub initia imperii Claudii Cæſaris & poſt Aſcenſum Domini decennio tranſacto, eveniſſe ſcribit Johannes Antiochenus. e) Dicitur ab hâc ipſâ ſuâ Patriâ Lucas noſter ANTIOCHENUS ab Eufebio, f) Hieronymo, g) Dorotheo, h) Theophylacto, i) & Sixto Senenſi: k) item ANTIOCHENSIS, pariter ab Hieronymo l) & Platina. m) Immo, quoniam Antiochia in Syria, n) vel ſicuti juxta Strabonem o) nonnulli totam Syriam in Coeleſyros & Phœnices partiuntur, in Coeleſyria p) ſita eſt, exinde quoque noſter generaliori voce SYRUS q) appellatur.

a) 1. Maccab. III. 37. IV. 35. &c. 2. Macc. IV. 33. V. 21. &c. Act. XIII. 1. conf. Joh. Schopffium in Academia Jeſu Chriſti Claſſe I. p. 23. Tubingæ 1593. Leusdenius in Philol. Diſſert. XVIII. Sect. XIII. p. 145. V. Villiam Cave in Antiquitatibus Apoſtolicis de Luca p. 630. Lipſiæ 1696. b) Encom. Antioch. referente Cave l. c. c) vide ſis Excellentiſſimum Dn. L. Rechen-

Rechenbergium Patronum atque Praeceptorem nostrum aeternum
 Venerandum in Summario Hist. Eccl. Period. III cap. I. §. 59. p. 126.
 seq. *d*) refert id Theodoretus in Hist. Eccl. lib. V. cap. IX. p. 211.
 edit. à Valesio Moguntiae 1679. conf & Aët. XI. 26. *e*) in Chronol.
 M. S. quæ in Bibliotheca publica Oxoniensi asservatur, citante Sel-
 deno de Synedriis lib. I. cap. VIII. p. 122. Amstelædami 1679.
f) Hist. Eccl. lib. III. c. IV. p. 73 edit Valesianæ, quæ prodiit Mo-
 guntiae 1672. *g*) Opp. T. IX. proëm. in Matthæum fol. 11. editio-
 tionis novissimæ, impressæ Francof. ad Moen. 1684. *h*) in Bibli-
 oth. Patrum T. III. p. 148. Colon. Agrip. 1618. *i*) Comment.
 in quatuor Evangelia, argum. in Evang. secundum Lucam p. 293.
 prodierunt Lutetiis Parisiorum 1635. *k*) Bibliorh. Sanct. lib. I.
 p. 17. *l*) Catal. Script. Eccl. Opp. T. I. p. 173. *m*) de vitis Pon-
 tificum Rom. in vita Cleti I. p. 11. Coloniae 1562. *n*) juxta Leus-
 denium l. c. lit. a. hujus §. *o*) citante Baronio Annal. T. I. ad
 an. 61. num. VIII. p. 624. *p*) Secundum Nicephorum Hist. Eccl.
 lib. II. cap. XXXIII. p. 136. Basileæ 1555. *q*) à Schopffio l. c. lit. a.
 hujus §. Grotio Annot. in Lucam v. Crit. Sacr. T. VI. p. 1151.

VII. Qui fuerint parentes ejus, de eo quidem hætenus nec ^{Ejus nativita-}
 quicquam nobis occurrit proditum memoriae. Neque de ^{tis tempus,}
 ejus tempore nos aliquid legisse meminimus, nisi quod Martyrolo-
 gium Romanum *a*) diem 18. Oct. (quo fundamento autem? &
 cujusnam anni? ignoratur) ipsius natalem nobis exhibeat. Si
 tamen ^{Wilhelmi Stratemanni} *b*) calculo est fides adhibenda, qui
 ipsum anno Christi 78. obiisse asserit; sique ex plurimorum senten-
 tiâ noster annum 84. ætatis attigit, exinde ipsum sex circiter ante
 natum Christum annis hanc lucem aspexisse colligimus. Sin verò
 juxta Cavei *c*) recensioem anno 70. obiit, quatuordecim ante
 N. C. annis natus erit.

a) ad diem 18. Oct. p. 441. *b*) in Theatro Hist. Exitu VI. p. 225. prodiit
 Lipsiæ 1694. *c*) in Hist. Lit. Sec. I. p. 11.

IX. Non infimæ fuisse sortis hominem, exinde aliqui persua-
 dent sibi, quod arti Medicæ, ut postea patebit, navarit operam. *a*)
 Sed ex eadem ratione Grotius *b*) sententiam amplectitur contrari-
 am, ex Plinio affirmans, hanc artem nobilissimam servorum munus
 antea fuisse. Quo ipso vult asserere, quod Lucas aliquando Ro-
 manum fuerit mancipium. Et ut hæc sententia eò majori nitatur
 probabilitatis specie, asserit ulterius: Syriam olim Romanis multos
 exhibuisse servos. Imo ipsum Lucam Romæ versatum, ex Romanis
 quibus-

Sors:

810128M

quibusdam, quas in scriptis suis adhibet, locutionibus esse agnoscendum. Quæ quidem omnia, si ita se haberent, opinioni suæ §. II. datæ, non dubium est, quin aliquid sint additura ponderis. At quamvis concedamus, Medicinam olim servile munus fuisse, Syriamque multos Romanis servos exhibuisse, nondum tamen est evictum inde, Lucam quoque inter alios fuisse ipsis exhibitum: neque Romanæ quædam locutiones ipsum Romæ versatum esse arguere possunt. Adde quod altissimum hæc de re antiquos penes sit silentium. Licet verò Guilielmus Cave *c)* suffragari ipsi videatur, dum eis, qui Evangelistam non vilissimo genere natum esse sentiunt, oblivionem imputat eorum, quæ jam ex Grotio adduximus: ignoscet tamen nobis Vir Doctissimus, quod dubitemus, an hæc cum iis stare possint, quæ ipsemet *d)* ex antiquissimo Simone Mataphraste refert, qui Lucæ nostri vitam Græcè descripsisse dicitur. *e)* Scilicet non tantum, quod in gremio Musarum natus noster in prima juventute naturæ suæ dotes indefesso studio excitandi, easque ad insignem perfectionem adducendi exoptatissimam habuerit occasionem; sed etiam, quod extra Antiochiam quoque omnes Græciæ non minus, quam Ægypti scholas visitando incomparabilem sibi eruditionem acquisiverit. Et hinc Aretio *f)* videtur *ejus vitæ genus ante cognitionem Christi fuisse Philosophicum.* Quin & Theophylactus *g)* ipsum *in externa Philosophia magnum appellare,* nullus dubitavit. Sic itaque fundamentis in Philosophia positus, itidem Caveo asserente *b)* Medicinæ studio se dedit. Quare tandem non videmus, cur Lucas noster Romam ablegandus sit?

a) refert hoc Caveus in Antiq. Apost. de Lucâ p. 632. *b)* Annot. in Lucam Tom. VI. Crit. S. p. 1152. *c)* l. c. *d)* ibid. p. 631. seq. *e)* v. Sixt. Sen. lib. I. p. 17. *f)* Commentariis in Evang. Lucæ p. 1. Lausannæ 1579. *g)* in argum. Evang. S. Lucæ p. 293. *b)* l. c.

MEDICUS.

IX. Huic autem studio tantoperè incubuit, ut omnium confessione celebretur Medicus. Videri hac de re possunt Hieronymus, *a)* Eusebius, *b)* & alii *c)*. Dicitur Medicus Antiochensis, *d)* Artis Medicæ peritus, *e)* Medicinæ Artis scientissimus, *f)* Hinc Hieronymus professionem ejus Medicam ad Evangelistam non ineleganter applicat, de Luca inquit: *g)* *Cujus liber quotienscunque legitur in Ecclesiis, totiens ejus Medicina non cessat.* Et alibi *b)* de Acti-

Actibus Apostolorum scribit: *nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesie infantiam texere: sed si noverimus scriptorem eorum esse Lucam Medicum, cujus laus est in Evangelio; animadvertemus, omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.*

- a) proœm. in Matth. Opp. T. IX. f. II. b) H. E. lib. III. c. IV. p. 73.
c) Niceph. H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. Dorotheus Bibl. Pp. T. III. p. 148. Sixtus Sen. Bibl. S. lib. I. p. 17. Caveus Hist. lit. Sec. I. p. II. prodiit Genevæ 1693. Leusdenius in Philol. Dissert. XVIII. Sect. XIV. p. 145. & omni exceptione major testis Paulus Col. IV, 14. d) ab Hieron. Catal. Script. Eccl. Opp. T. I. p. 173. Sophronio in vita Lucæ ap. Theophylactum Comment. in quatuor Evangelia p. 292. Platina in vita Cleti I p. II. e) à Theophylacto argum. in Lucam p. 293. f) ab Hieron. Comment. lib. III. in Es. cap. VI. Tom. V. fol. 28. g) Comment. in Ep. ad Philem. T. IX. p. 213. h) Epist. 103. ad Paulinum ap. Baronium Annal. T. I. ad an. 34. n. CCXXXV. p. 218.

X. Præterea pingendi artem Lucam egregiè calluisse referunt, Pictor.
a) siquidem varias imagines commemorant à Luca adumbratas. Plerumque tamen istæ relationes nituntur fide Nicephori, cujus autem historiam Isaac. Casaubonus ob fabulas aniles admixtas parvi æstimat; licet Pontificiis vulgò pluris fiat, testante Rechenbergio. b) Imprimis memorantur quatuor personæ, quarum Lucas imagines sua manu expressisse dicitur. Sic enim loquitur Nicephorus: c) *Fertur is (sc. Lucas) quoque primus, Christi & quæ eum ita, ut Deum decebat, genuit, matris atque item principum Apostolorum (Petri & Pauli) effigiem pingendi arte adumbrasse. Unde in omnem deinde habitabilem orbem tam venerandum & pretiosum opus est illatum. Et alibi d) de iisdem differens: Lucas Apostolus primus accuratè opus id exorsus, manibus suis depinxit.* Et sicuti Scriptores hi plerumque Pontificiæ religioni sunt addicti: sic gloriantur maxime Mariæ virginis imagines, quos Lucas olim efformasse traditur. Nam Redemptoris quidem unica e) Apostolorum autem plane nulla, quam Lucas effinxerit, nobis hætenus effigies obvenit. At Mariæ imagines plurimas Lucæ manu pictas, elaboratasq; fuisse tradit Paulus Aringhus; f) Harum alteram ab Eudoxia Imperatrice ad Pulcheriam Augustam dono transmissam ex Theodoro Lectore recenset; aliquot verò tum in variis Romane urbis Ecclesiis, tum in cæteris Christiani orbis regionibus velut nobilissima, recolende antiqui-

B

tatis

tatis monumenta, &c. servari. Illam autem à Pulcheria missam sibi Antiochiâ in secundo templo (tria enim templa Dei matri ex ipsis fundamentis in urbe Constantinopolitanâ erexerat) τῶν ὁδηγῶν, seu viæ Ducum dicto asservandam esse traditam, illamque Lucam depinxisse B. Virgine adhuc vivente, & tabulam ipsam vidente, gratiamque a deo illi formæ suæ immittente, narrat iterum Nicephorus. g) Poteris ipsi eo magis fidem adhibere (si velis; nos minimè:) quod ipse Lucas B. Virgini fuerit à secretioribus. Secretarium enim ejus appellat Lucam nostrum Romanus Hay referente Martino Zeillero b) in Thesauro Epistolico. Formam B. Matris elegantissimè coloribus exceptam è Nicephoro delineat Baronius, i) quam tamen ipse potius ex pictura aliqua prototypa descriptam, quam ex viventis ipsius imagine acceptam esse autumat. Exemplar hujus sacræ picturæ, ex archetypo D. Lucæ, ut creditum est, exceptum, in quo omnes illæ notæ spectatæ sunt, quas Nicephorus expressit, se Venetiis olim vidisse tradit Sixtus Senensis k) in ædibus Titiani, celebratissimi tunc temporis pictoris. Septies autem ipsum eandem depinxisse, inscriptio cujusdam lapidis (qui habetur Romæ in Diaconia S. Mariæ in Via lata, testante ex Lorino iterum Aringho l)) innuere videtur, quæ hæc legenda præ se fert:

ORATORIUM QUOND. S. PAULI APOST.

LUCÆ EVANGELISTÆ,

ET MARTIALIS MARTYRUM,

IN QUO ET IMAGO

B. Mariæ VIRGINIS REPERTA

SISTEBAT, UNA EX VII.

A B. LUCA DEPICTIS.

Sic imaginis cujusdam meminit Carolus Sigonius m) ex ore DEI genitricis Lucæ Evangelistæ manu affabrè ad vivum expressæ, quæ Romæ in æde D. Mariæ ad Præsepe in Exquilis sita eximiâ populi religione conservetur. Plura hæc de re si velis legere, evolvas saltim Gabrielis Emiliani (Gabriels d'Emilliane) Itinerarium à Clarissimo Tenzelio n) citatum, qui ex eodem meminit imaginis cujusdam à vermibus corruptæ, quod habeatur Divioni in Abatia S. Benigni, & pari modo à Luca expressa dicatur. Sed quid hisce immoramur fabulis?

a) Sim.

a) Sim. Metaphr. apud Caveum in Antiq. Apost. de Luca p. 632. Niceph. H.E. lib. II. c. XLIII. p. 136. b) in Summario H. E. Period. IV. cap. IV. §. 3. p. 416. c) l. c. d) lib. VI. c. XVI. p. 242. e) apud Ariogham in Roma subterranea P. II. lib. V. c. IV. n. 13. p. 232. impressa Lutetiae Parisiorum 1659. f) loco jam cit. p. 233. g) H. E. lib. XIV. c. II. p. 710. & lib. XV. c. XIV. p. 799. h) Epist. DXXXI. (falsè numeratur DXXXXI.) p. 620. Ulm. 1683. i) Annal. T. I. ad an. 48. num. XXVI. p. 375. k) in Bibl. S. lib. II. p. 80. l) in Rom. Subt. P. II. cap. XLVI. n. 10. p. 188. m) Historiarum de Regno Italiae lib. I. p. 20. Francof. 1682. n) in Colloquiis mensuris mense Januar. anni 1697. pag. 73.

XI. Nobiliora namque multò de Luca nobis adhuc dicenda restant. Esto enim, ipsum fuisse magnum Philosophum; esto peritum Medicum; esto egregium Pictorem; quid inde? omnium omninò est præstantissimum, fuisse Christianum; omnium gloriosissimum, Evangelistam egisse & discipulum Apostolorum. Hoc autem est, *Prøfelytus*, quod in Luca invenies. Quandoquidem Antiochiæ magna Judæorum multitudo & ingenti *πρωσηλύτων* numero extante, noster hisce se adjunxit: ut adedò non necesse sit, ipsum eum Theophylacto a) discendæ legis gratiâ mittere Hierosolymam, aut cum Grotio b) dubitare, domine (quod ipse tamen mallet) an Romæ imbiberit Judaicam religionem? succedente autem tempore edoctus meliora, relicto quoque Judaismo suscepit dogma Christianum. Thebis illud *Christianus*, factum esse, contra fidem asserit Nicephorus. c) Veritati autem propior eorum d) conjectura est, qui Antiochiæ id contigisse statuunt, & quidem eo tempore, quo Paulus ibi ageret. Hunc enim genuisse Lucam in Evangelio omnino rectè judicant nonnulli; e) cum illi è contrario, f) qui Paulum saltem eum revocasse putant, postquam inter reliquos sermone Domini fuerat dissipatus, erroneâ ducantur ratione.

a) teste Caveo in Antiq. Apost. de Luca p. 633. b) Annot. in Luc. v. T. VI. Critic. S. p. 1152. c) H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. d) sc. Grotii l. c. & Cavei l. c. & in Hist. Lit. Sec. I. p. 11. e) ut Hieronymus ap. Baronium Annal. T. I. ad annum 58. n. XXXV. p. 535. Caveus ll. cc. f) V. Epiphanium lib. II. adv. Hæreses T. I. Hær. LI. n. XI. p. 433.

XII. Nimirum sentiunt iidem, recensente Sixto a) ex Origine, num fuerit ex *LXX. Christi* *Lucam primum Christo cum aliis LXX. Discipulis* (quos Dominus *discipulis u-* *selegit Luc. X.) adhesisse, & ab eo pietatis suscepisse semina: postea nus?* *verò*

verò Pauli factum esse comitem. Sic itidem illorum numero interfuisse nostrum credunt post Epiphanium *b)* Theophylactus *c)* & Nicephorus. *d)* Et Theophylactus quidem optimè cognoscens, ipsummet Lucam obstare sibi sub Evangelii initio scribentem: *Sicut tradiderunt nobis hi, qui ab initio suis oculis viderunt, & ministri fuerunt sermonis, hinc manifestum esse judicat, e)* Lucam ab initio non fuisse Domini discipulum, sed temporibus posterioribus. Verum enim verò si ipsum inspiciamus Lucam, nec ullibi exceptionis cujusdam legimus vestigium. Disertis enim verbis asserit: *se omnia ab iis esse consecutum, adeoque fallunt & falluntur, qui ex LXX. (vel LXXII. uti contra Scripturam vult Cornel. à Lapide Comment. in Luc. X, 1. p. 121.) Christi Discipulis Lucam unum fuisse existimant, judice Abrahamo Sculteto, f)* atque Sixto Senensi; *g)* Ut taceamus nusquam eorum reperiri catalogum. *h)* Quamvis enim Dorotheus in Synopsi Sanct. Patrum, Wicelius in Hagiologio, ex libro quodam cui nomen: *Cultura vinee Dominica* eosdem nominatim recensent, illisque Lucam quoque interesse autument apud Cornel. à Lapide *i)* Hic ipse tamen nomina incerta esse & Græca fide recenseri rectè concludit. Sic idem alibi *k)* *Lucam non fuisse ex LXXII.* (loquitur ex suâ hypothesi) *Christi discipulis libere* pronunciat. Hinc verò facile quoque dijudicare poteris sententiam eorum, *l)* qui eòsque sunt progressi, ut nostrum iis quoque accensere minus dubitent, quibus iter carpentibus Emanntemque pergentibus primâ resurrectionis die Christus obviam fuisse factus legitur Luc. XXIV, 13. seqq. Ea enim præter, quæ jam dicta sunt, Lucam nostrum Christum in carne minimè vidisse, sed demum post hujus mortem fuisse conversum, benè colligit ex ejus Evangelii proœmio Cornelius à Lapide: *m)* Adde quod discipulo citato loco minus nominato à scriptoribus diversis diversa quoque imponantur nomina. Mox enim audit *Amaon* apud Cornelium Jansenium, *n)* mox *Nathanaëlem*, moxque *Simconem* ipsum dici constat ex Cornelio à Lapide. *o)*

au ex duobus
Emanntem pe-
tentibus ?

a) Senensi B. bl. S. lib. I. p. 17. *b)* Lib. II. adv. Hæres. T. I. Hæres. LI. num. XI. p. 433. *c)* proœm. in Matth. pag. 2. & argum. in Lucam p. 293. *d)* H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. & c. XLV. p. 138. *e)* proœm. in Lucam p. 297. *f)* in Exercitationibus Evangelicis lib. I. c. I. extantibus in Cit. S. T. VI. p. 1866. *g)* l. c. *h)* testibus Magdeburgensibus Cent. I. lib. II. c. VII. p. 57. & ex Eusebio Cornelio à Lapide Comment. in Luc. X. p. 121. *i)* l. c. *k)* Prolegom. in S. Lucam p. 1. *l)* Theophylacti arg.

arg. in Lucam p. 293. & Comment. in Luc. XXIV, 12. p. 539. it. Nicephori H. E. lib. I. c. XXXIV. p. 84. *m*) Comm. in Luc. XXIV. p. 234. *n*) Comm. in Concordiam Evangel. P. IV. cap. CXLVI. p. 291. Moguntia 1624. *o*) loco jam citato.

XIII. Idcirco firma stat sententia, Lucam neque ex LXX, Christi discipulis unum extitisse, neque una cum Cleopa Christo resurgenti occurrisse, sed postea demum Antiochia à Paulo doctrinam imbibisse Christianam. Ex hoc vero tempore non tantum cum Paulo vixit conjunctissime, sed & cum reliquis studiose versatus est Apostolis. *a*) Ab his juxta Paulum, qui tamen Dominum non viderat in carne, doctrinam hausit Evangelicam, testantibus id præter semetipsum Hieronymo, *b*) Sophronio apud Theophylactum, *c*) Cornelio à Lapide, *d*) & Clarissimo Caveo. *e*) Unde non immerito discipuli Apostolorum nomen gerit apud Irenæum, *f*) & passim apud Patres. Imprimis tamen Pauli studiosus fuit, teste iterum Sophronio, *g*) ita, ut ob familiaritatem, quam cum ipso habuit, omnino magnam & pietatis & eruditionis suæ partem eidem acceptam ferre debeat, judicante Schopffio. *h*) Adde, quod exinde Pauli speciatim audiatur discipulus, *i*) sectator, *k*) imitator. *l*) Hic tamen illud non prætereundum est, quod forsitan à familiaritate, quæ ipsi intercessit cum Apostolis, vir *Apostolicus*, *m*) imo & *Apostolus* *n*) usu vocis laxiori, appelletur.

a) teste Eusebio H. E. lib. III. c. IV. p. 73. *b*) Catal. Script. Eccl. T. I. p. 173. *c*) p. 292. *d*) prolegom. in Lucam p. 1. *e*) Hist. Lit. Sec. I. pag. 11. *f*) lib. I. c. XX. p. 42. & lib. III. c. XI. p. 150. *g*) ap. Theophyl. p. 292. *h*) in Acad. J. C. Class. I. p. 23. *i*) ap. Hieron. proem. in Matth. Tom. IX. f. 11. Theophyl. proem. in Matth. p. 2. & Leusden. Philol. Dissertat. XIX. Sect. XII. qu. 2. p. 155. *k*) ap. Euseb. H. E. lib. V. c. VIII. p. 171. Hieron. Cat. Script. Eccl. T. I. p. 173. Magdeburg. Cent. II. c. IV. pag. 68. Sixtum Sen. Bibl. S. lib. I. p. 17. & Bellarmin. de Scriptoribus Eccl. p. 26. edir. Colon. 1684. *l*) ap. Platinam in vita Cleti I. pag. 11. *m*) à Tertulliano lib. IV. adv. Marcion. c. II. p. 503. Lutetia prodiit 1634. cum Notis Nic. Rigaltii. conf. Excell. Dn. L. Rechenberg. Summar. H. Eccl. Period. I. Sect. II. c. I. §. 8. p. 26. *n*) à Theophylacto argument. in Lucam p. 293. & ab Hydatio ap. Casp. Barthium Adversar. T. I. lib. LI. c. IV. p. 2382. lucem aspexerunt Francofurti 1624.

Comes Pauli.

XIV. Lucam peregrinationis quoque comitem Apostolis fuisse Dorotheus *a)* autor est. Maxime tamen Paulo. *b)* Huic autem Antiochiæ ab eo statim tempore, quo Christianum se professus fuerat, adhæsisse comitem, innuere videtur Grotius. *c)* Sed Troade id primum factum esse, ex mutato ab ipso usu loquendi Actor. XVI, 10. omnino recte colligit Baronius *d)* ubi & suam sententiam ex Irenæo confirmare satagit. Neque tamen inde ipsi semper inhæsisse, *sed annis aliquot ab eo abfuisse alio amandatum, usque dum Paulus perambulando varias regiones redierit in Græciam, navigaturus in Syriam, & inde Romam ex Act. XX, 3. seqq.* Corn. à Lapide *e)* demonstrat. Ex eo vero tempore si Lucam dicamus Paulo semper adhæsisse imminentibus etiam periculis gravissimis, forte non errabimus. Ex dictis autem quoque judicamus illos explicandos esse, qui de Luca differentes, ipsum *totius vel omnis peregrinationis Pauli comitem f) comitem assiduam g) individuum h)* appellitant. Peregrinationis quoque socium vocat ipsum Platina in Cleto.

a) Bibl. Pp. T. III, p. 148. *b)* v. Theophyl. argum. in Luc. p. 293. & Bellarm. de Script. Eccl. p. 26. *c)* Annot. in Lucam v. Crit. S. Tom. VI. p. 1152. *d)* Annal. T. I. ad an. 51. n. LXIII. p. 398. *e)* Proleg. in Luc. pag. 2. *f)* ut Hieron. Catal. Script. Eccl. T. I. p. 193. Platina in vita Cleti I. p. 11. Sixtus Senens. Bibl. S. lib. I p. 17. *g)* Sophronius apud Theophyl. pag. 292. *h)* Leusden. Philolog. Dissertat. XIX, Sect. XII. quæst. 2. pag. 155.

à Paulo dilectus & laudatus.

XV. Nec proinde est, quod mireris, ipsum ab Apostolo impense fuisse dilectum, adeo, ut ad Colossenses scribens hisce verbis cap. IV, 14. id significet: *Salutat vos Lucas ὁ ἀγαπητός*, dilectus, sive ut Ambrosius *a)* reddit: *charissimus, vere enim charissimus Apostolo fuit Lucas, quia omnia postponens, Apostolum semper est secutus.* Et 2. Cor. IIX, 18. in laudes ejus prorumpit, dicens: *Ejus laudem esse in Evangelio.* Licet autem sint, qui ibidem loci vel Silam, vel Barnabam velint intellectum, & Baronius *b)* arbitrio legentium relinquat, utrum horum alter, an vero Lucas ibi sit intelligendus? Nihilominus tamen in memoriam revocat Ignatium ipsorummet Apostolorum auditorem, *c)* qui *d)* ad Ephesios scribens, eodem, quo Paulus, Lucam præconii genere afficit, ipsum alle-

allegando dicens: *Sicut testificatur Lucas, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias: quibus sane Hieronymi, e) & qui eum secutus est, Sophronii f) sententia non mediocriter videtur roborari.*

a) Tom. V. Comment. in Epist. ad Col. p. 385. Basil. 1555. b) Annal. T. I. ad an. 51. n. LXIV. p. 399. c) v. Excell. Dn. L. Recchenbergii Summar. H. E. Period. I. Sect. II. c. II. §. 3. p. 47. d) habetur ille locus in interpolatis Iguatii Epistolis, quas una cum aliis Excellentissimus Dn. L. Ittigius orbi Erudito nuperrime donavit in Bibliotheca Patrum Apostolic. p. 189. e) proem. in Matth. T. IX. fol. 11. & T. I. Comm. in 2. Cor. II. f. 271. f) ap. Theophylactum p. 292.

XVI. Antequam ad scripta Lucae progrediamur, dispiciendum est, quotus ille sit in ordine Evangelistarum. Juxta Augustinum a) ordo eis alius fuit cognoscendi atque praedicandi, alius autem scribendi. In cognoscendi Evangelii ordine praecedunt omnino Johannes & Matthaeus; fuerunt enim Apostoli: sequuntur Marcus atque Lucas. At in scribendi ordine, quem etiam nos hic attendimus, respicitur ad tempus, quo quisque suum Evangelium instinctu Numinis divini consignasse dicitur. Fuisse, qui dixerint, Lucam ante Matthaeum atque Marcum suum Evangelium literis mandasse, annotant Casaubonus b) & Grotius. c) Sed iste haud scit, quam probabile hoc sit, cum Lucas dicat, haec se scribere ex relatione eorum, qui fuerint ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, quibus praesertim Matthaeus sit annumerandus. Hunc vero audi ipsum differentem: *Quod vero quidam existimant, Matthaeo & Marco priorem in scribendo Lucam fuisse, plane ut credam induci non possum. Refragatur vetustissimus librorum ordo apud omnes nationes; refragatur traditio vetus, Irenaeo & Tertulliano testibus suffulta; refragatur ipse Lucas, qui ita Matthaei & Marci historiam auxit additis narrationibus, ut ubi res easdem narrat, eadem quoque verba non raro usurpet.* Ex quibus simul illud elucescere videtur, quod forsan antea è verbis Casauboni potuisset elici, nec Marco anteponi debere nostrum Lucam, quod tamen interdum fieri observat B. Thomasius. d) Hac autem ratione patescit facile, Lucam inter Evangelistas tenere locum tertium, siquidem hunc etiam concedit ipsi Hieronymus, e) Augustinus, f) & ex recepto ordine, nec non communi consuetudine Thomasius in citato loco. Praeterea insignem omnino

Tertius ordine inter Evangelistas.

no prerogativam esse, quod hic discipulus Apostolorum præ deceur
 cæteris Apostolis consignandæ Evangelicæ Historiæ de Christo de-
 stinatus fuerit non male judicat Joh. Boys. *g)* Hic fortè quæ-
 ras etiam ex nobis: Cur Deus in scribendo Evangelio non usus me-
 ris fuerit Apostolis? Sed liceat cum Augustino *b)* responsionem ad-
 dere: id ideò esse factum, *ne putaretur, quod attinet ad percipiend-*
um & prædicandum Evangelium, interesse aliquid, utrum illi an-
nuncient, qui eundem Dominum hic in carne apparentem discipu-
latu famulante secuti sunt, an ii, qui ex illis fideliter comperta
crediderunt.

a) lib. I. de Consensu Evangelist. c. II. Opp. Tom. IV. fol. 372. prodierunt
 autem Basileæ 1569. *b)* Annot. in Luc. I, 1. vide Tom. VI. Crit. S. p.
 1146. *c)* in eundem locum ibid. p. 1152. *d)* in Diss. de Insignibus 4.
 Evangelist. §. 14. hic Lipsiæ habita 1667. *e)* Tom. III. Epist. ad Pauli-
 num pag. 7. & Tom. III. in 4. Evangelia ad Damasum præfat. pag. 21.
f) loc. cit. *g)* im Stern und Kern aller Epist. und Evangelien Part.
 V. Fest. Ascens. pag. 126. Brunsvigæ 1683. *b)* lib. I. de Cons. Evang.
 c. I. Opp. pag. 371.

Scriptit

Evangelium,
 ubi

Occasio.

XVII. Duo autem Lucas reliquit scripta, Evangelium &
περὶ ζεις τῶν Ἀποστόλων, *a)* de quibus nunc seorsim ut agamus,
 bonæ methodi requirit ratio. De Evangelio sic differit Leusde-
 nius: *b)* *Si diligenter ipsius (Lucæ) Evangelicam Historiam consi-*
deremus, quia medicus fuit, qui scripsit, nil aliud ferè in illa reperi-
mus, nisi animarum languentium medicinam. Tria inprimis Ev-
 angelistæ occasionem Evangelii scribendi præbuisse, nobis hactenus
 compertum est, quæ ex proœmio ejus Evangelii eruunt. Hæc inter
 PRIMUM esse dicitur Pseudoscriptorum *c)* sugillatio, quâ de re
 quidem teste Baronio *d)* Patrum firma est sententia. Evolve in-
 terea, si lubet, Epiphanium, *e)* & è recentioribus Corn. à Lapi-
 de *f)* & doctissimum Caveum. *g)* Nihilominus tamen observa-
 vimus ab hisce omnibus Cameronem *b)* in contrarias abire partes,
 dum ad Luc. I, 1. hæcce annotat: *ωὐλοῖ indefinite dictum καὶ*
ἐξ ἄθενισμὸν, ne quis hic alios Evangelistas à B. Luca notari aut
perstringi putet. Sed indiget, ni fallimur, majori illustratione. Ei-
 dem sententiæ videtur etiam Casaubonus *i)* favere, qui *si de Pseud-*
apostolis locutus fuisset Lucas, nescit, an tam leniter eos perstrin-
xisset. Verum talia Theologis dijudicanda linquimus. ALTE-
 RUM

RUM est eorum, quæ à Matthæo atque Marco prætermiffa fuerant, fuppletio, testantibus id iterum in citatis locis Epiphanio & Caveo, Succedit TERTIUM, quod est Evangelicæ Historiæ de Christo evicta veritas & certitudo, quam itidem ex principio ejus Evangelii demonftrant Eusebius, k) Epiphanius l) alii m). Omnia hæc paucis includit Scultetus n) dum quamcunque fufpicionis culpam à Luca removendo feribit: *Lucas Scriptores alios nec mendacii, nec erroris, nec certitudinis, nec imperfectionis arguit proæmio fuo; sed caufas tantum fcriptionis fuæ exponit, fcil. Exemplum aliorum, notitiam exactæ Historiæ, confirmationem fidei sacræ Historiæ.*

a) vid. Ambrosius T. V. Comment. in Col. IV, 14. pag. 385. Hieron. Catal. Script. T. I. p. 173. & Comment. in 2. Cor. IIX. fol. 271. & Leusdenius in Philol. Diff. XVIII. Sect. XVII. p. 146. b) l.c. Sect. XIV. p. 145. c) quales erant autores Evangeliorum apocryphorum, quæ veniebant nomine Matthiæ, Thomæ, Nicodemi, Nazaræorum, Ægyptiorum &c. vide fis Corn. à Lapide Comment. in Luc. I. pag. 4. d) ad an. 58. num. XXXI. p. 533. e) lib. II. adv. Hæref. T. I. Hæf. LI. n. VII. p. 428 f) proleg. in Luc. p. 1. & Comment. in cap. I. i. p. 4. g) in Antiqu. Apoft. p. 637. h) v. Crit. S. T. VI. p. 1147. i) in Crit. S. p. 1146. k) H. Eccl. lib. III. c. XXIV. p. 96. l) l.c. m) Nic. H. E. lib. II. c. XLV. pag. 139. Casaubonus loc. cit. Leusdenius in Phil. Diff. XVIII. Sect. XVII. qu. 4. pag. 147. n) Tom. VI. Crit. S. p. 1866.

XVIII. Præterea ex verbis: *ἔδοξε καὶ αὐτῷ* Luc. I, 3. fluere, ^{Impulsus.} quod Lucas *sponte sua* id operis fufceperit, nec alius juffu illud fecerit, autor est Grotius. a) Econtra Dorotheus b) quo fundamento fultus, ignotum, ipsum *Evangelium commiffione Petri Apoftoli* exaraffe, conatur perfuadere. Hortatu atque juffu Pauli illud factum effè, tradit ex Hieronymo Baronius, c) ex Eusebio & Nicephoro d) Leusdenius. Certi autem hîc quid affîrmare velle, foret temerarium. Immò usque adeo nonnullos progredi, ut præeunte Paulo Lucam Evangelium fcripiffie afferant, refert Caveus, e) affîrmat Nicephorus. f) Velut ex ore dictitantis Pauli illud excepiffie, non paucos veterum sentire tradit Cæfp. Barthius. g) Atque hinc exiftimamus fieri, ut Paulum in Epiftolis nonnunquam *fui Evangelii*, recordantem hoc ipsum Lucæ indigitare arbitrentur, testibus Eusebio, h) Hieronymo, i) Sophronio k) Platina, l) & Magdeburgenfibus m.) Verum non tantummodo à Paulo, sed

C

etiam

etiam à reliquis Apostolis *αὐτόματῶς* illud habuisse, superius probatum dedimus §. XIII.

a) Tom. VI. Crit. S. p. 1153. b) Bibl. Patr. T. III. p. 148. c) ad an. 58. n. XXXII. p. 533. d) Philol. Diff. XVIII. Sect. XVII. qu. I. p. 147. e) in Antiq. Apost. p. 636. f) H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. g) Adversar. T. I. lib. XI. c. XII. p. 533. h) H. E. lib. III. c. IV. p. 73. i) Cat. Script. T. I. p. 173. k) ap. Theophyl. p. 292. l) in Cleto I. p. 11. m) Centur. I. lib. II cap. IV. pag. 53.

quibus scripse-
rit

Locus.

Tempus.

XIX. Paucis quoque indicandum est, tum quibus? tum ubi? tum quando? Lucas Evangelium scripsisse perhibetur. In gratiam gentilium id exaratum esse, constans est assertio. a) Nec discrepant, quod illud in Achaia & partibus Bœotiae sit compositum, b) siquidem tum temporis Apostolus has regiones peragravit in comitatu licet non assiduo, Evangelistæ Lucæ. Circa tempus autem variant quam maxime, constituentibus aliis annum post N. C. XLIX; aliis LVI; alio LVIII; alio verò LIX. Qui primam sententiam amplectuntur, anno decimo quinto post assumptum in cœlos Christum, scriptum esse judicant, c) at tunc nondum, sed demum Troade anno Christi LI. Paulo adhæsisse Lucam ex Act. XVI, 10. recte colligit Baronius, uti supra jam §. IV. notavimus. Tertiæ Sententiæ Baronius d) subscribit, quod in Achaia scripsisse Lucam dicat Hieronymus. Sed si consideres, posteriorem ad Corinthios Epistolam, eodem anno, quod ipsemet Baronius e) fatetur, ab Apostolo per Lucam Philippis datam esse, uti patet ex epistolæ subscriptione; sique pensites, de Luca in eadem dici, laudem ejus esse in Evangelio; facile exinde cognosces, dictum Lucæ Evangelium jam antea fuisse evulgatum. Neque Hieronymo sic contradici cogites, quandoquidem Paulus in Achaia prius Act. XVIII, 12. quam Philippis Act. XX, 6. fuerit. Hinc verò patet etiam, quid de opinione ultima sit demum sentiendum, quæ tamen est Eruditissimi Cavei. f) De secunda, restat, ut dicamus denique sententia. Est eadem eorum, qui vel vicesimo secundo post ascensum Christi anno, vel etiam post natum Christum circa quinquagesimum sextum, hoc Evangelium esse scriptum adstruunt. Hoc affert Hoffmannus, g) illud Hugo Grotius h). Licet verò hoc cum veritate magis consentire videatur, certi tamen quid de descriptionis tempore minime constare cum Valesio i) putamus.

a) vid.

- a) vid. interim Origenem T. I. Comment. in Matth. p. 203. Euseb. H. E. lib. VI. c. XXV. p. 226. & Leusden. in Philol. Dissert. XVIII. Sect. XVII. qu. 3. p. 147. b) v. Hieron. proœm. in Matth. T. IX. f. 11. & Grotium in Luc. T. VI. Critic. S. p. 1152. c) uti Theophyl. proœm. in Matth. p. 2. & argum. in Lucam p. 293. Sixtus Sen. Bibl. S. lib. 1. p. 17. d) ad an. 58. num. XXXI. p. 533. e) ib. n. XXXVI. pag. 535. f) in H. E. Sec. I. p. 11. g) in Lexico univ. P. I. p. 933. h) v. T. VI. Crit. S. p. 1152. i) in notis ad Eusebii lib. V. H. E. c. VIII. p. 93.

XX. Porro de Evangelii materia dicturi, Epiphanius a) testi-^{Materia.} monium merito præmittimus: *Nonne singulis propria quædam Deus attribuit: ut Evangelistæ quatuor ad prædicandum Evangelium delecti suum quoddam præcipuum munus haberent? ita quidem, ut nonnulla concordia, ac consentanea voce narrarent; quo se ex eodem hausisse fonte monstrarent: quædam verò ab singulis prætermittenda alius exponeret, cui privatim illud esset à Spiritu S. pro rata portione concessum.* Evolventes ergo S. historiam videmus Lucam ea præcipue tractare, quæ spectant Christi sacerdotium, quod interpretes S. Scripturæ probant, quorum rationes examinare nostrum non est. Ulterius hoc deductum vide à Clarissimo Leusdenio, b) cum quo confer adhuc alios. c) Cujus autem temporis historias prehendat ejus Evangelium, edocet Eusebius d) & Epiphanius. e) Ordinem quod attinet, & docendi methodum, vide Waltherum, f) apud quem Tertullianus Evangelium non ineleganter *Digestum* appellat. conf. Irenæum. g)

- a) lib. II. adv. Hæres. T. I. Hæres. LI. n. VI. p. 427. b) in Phil. Diff. XVIII. Sect. XVII. qu. 6. p. 148. c) Hieron. Opp. T. II. lib. I. adv. Jovin. p. 27. August. Lib. I. de Conf. Evang. c. II. Opp. T. IV. p. 373. Corn. à Lapide Comment. in Luc. XXIV. 53. p. 242. Caveum in Antiq. Apost. p. 637. & in Hist. Lit. Sec. 1. p. 11. d) H. E. lib. III. c. XXIV. pag. 95. e) lib. II. advers. Hæres. T. I. Hæres. LI. num. VII. pag. 429. & num. IX. pag. 430. f) in Offic. Bibl. Rep. post Thec. V. arc. 3. §. 1082. p. 1058. g) lib. III. cap. XIV. pag. 169. sqq.

XXI. Tandem demonstranda esset Evangelii autoritas, sed ^{Autoritas.} de illa imprimis agunt Theologi, quando ejusdem Θεωρευσιαν probant. Nobis, qui historicè de Luca agimus, saltem testimonia proferre & recitare licebit. *Non conatos saltem esse quatuor Evangelistas, sed divino spiritu ubertatem dictorum rerumque omnium ministrante, sine ullo molimine cæpta complevisse, testis est Am-*

brofius. *a)* Et de Lucae Evangelio feorsim Grotius *b)* fatetur, non dubitandum esse, *quin piam diligentiam Deus direxerit.* Quapropter & istud illis quatuor ab Origene *c)* accensetur Evangeliiis, *quae citra controversiam admittuntur in Ecclesia.* Et tria Evangelia Matthaei, Marci atque Lucae Johannes approbasse suoque testimonio confirmasse dicitur apud Eusebium. *d)* Imò solum Lucae Evangelium, rejectis reliquis, veruntamen interpolatum atque mutilatum recepisse Marcionem docet Excellentissimus Dn. L. Ittigius. *e)* Hic illud adhuc observasse non pigebit, quod nonnulli ex Veteribus dubitarint, an historia illa Luc XXII, 43. 44. fit Canonica, quod Hilario *f)* testante, eadem in multis Graecis & Latinis Codicibus non fuerit inventa. Sed Sixtus *g)* & Leusdenius *i)* respondent, videri, Orthodoxos hanc historiam pio rejecisse zelo; quod favere videretur Arianis.

a) Opp. T. V. p. 7. & 9. *b)* v. T. VI. Crit. S. p. 1153. *c)* T. I. Comment. in Matth. p. 203. *d)* lib. III. c. XXIV. p. 95. *e)* ib. c. XXV. p. 97. adde Nic. lib. II. cap XLV. p. 138. *f)* in Hist. Eccl. MSta Sec. II. §. CXVI. cui adde Tertull. lib. IV. adv. Marcionem c. VII. p. 507. Irenæum lib. I. c. XXIX. p. 49. & lib. III. c. XI. p. 156. Sixtum Senens. lib. VII. Har. IV. p. 592. Magdeburg. Cent. II. c. IV. p. 97. & Huetium in notis ad Originis Comment. in Matth. pag. 99. *g)* lib. X. de Trinitate fol. LXIII. Parrhisii M. D. X. *b)* Sixtus Senens. Bibl. S. lib. I. p. 24. *i)* Phil. Dissert. III. Sect. V. p. 15.

Acta Apostolorum.

XXII. Properandum est ad alterum Evangelistae Lucae scriptum, quod *πρώξεις τῶν Ἀποστόλων* dicitur, qui liber, ut ab Evangelio differat, ex lectione utriusque patet. Sed Leusdenius cum Johanne Boys *a)* ostendit, utrumque per proœmium posterioris arctè cohærere. Autorem verò hujus quoque scripti Lucam esse, tradit cum Eusebio *b)* Hieronymus, *c)* qui tamen alio loco *d)* etiam referre dicitur: *suo tempore non solum de autore fuisse dubitatum, sed etiam an talis aliqua historia extaret?* verum non male regressit Erasmus, hoc ab Hieronymo de indoctis saltem esse dictum, cum ipsūmet Exordium Autorem libri satis clare prodat. Hinc itaque, ne quisquam de autore hujus libri dubitaret, in editione Complutensi adscriptum ei esse: *τῷ ἁγίῳ Λυκᾷ τῷ Ἐυαγγελιστῇ*, dicit itidem Leusdenius loc. cit.

a) Phi-

a) Philol. Diss. XIX. Sect. XV. p. 136. b) im Stern und Kern P. V. in Ep. Fests. Ascens. p. 125. c) H. E. lib. III. c. IV. p. 73. d) Catal. Script. Eccl. T. I p. 173. e) ap. Leusd. l. c. Sect. XIV. p. 155. conf. VValther. Offic. Bibl. Rep. post. Thec. V. arc. 5. S. 1094. p. 1062.

XXIII. Walthero supra nominato videtur hanc, ut Acta ista Scriptionis occurrerent, occasionem nactus esse Lucas, quod idem sapius ab eo casio. poscerent fideles. Attamen instinctui Apostoli id tribuendum esse, aliorum a) est opinio. Unde Paulo præeunte; b) itidem ex ore Pauli c) Lucam Acta excepisse opinantur. Sed alio quid opus est? cum ipsemet ut plurimum *αὐτόωτης* d) interfuerit, ut literis mandaret, sicut viderat. Nisi ea forsan Paulum Lucæ retulisse dixeris, quæ hoc interdum non præesente fuerant patrata.

a) Nicephori H. E. lib. II. c. XLV. p. 139. Dorothei Bibl. Patrum T. III p. 148. b) juxta Nic. l. c. c. XLIII. p. 136. c) juxta Stratemannum Theatr. Hist. Exit. VI. p. 225. d) testibus Eusebio H. E. lib. III. c. IV. p. 73. Platina in Cleto l. p. II. & Schopffio in Acad. J. C. Classe I. p. 23. it. Caveo in Hist. Lit. Sec. I. p. 11. nec non Leusdenio in Philol. Dissert. XIX. Sect. XVI. p. 156.

XXIV. Et profecto Acta hæc quam maximè scitu erant necessaria. Quandoquidem in iis docetur, quæ fuerit prima Ecclesiæ facies, quæ incrementa, quæ Apostolis fata contigerint, præsertim Paulo, cujus recensentur labores, certamina, peregrinationes, & ejusmodi alia, quæ fufius ex ipso fonte poterunt hauriri. Conferre, si placet, hic poteris præter Sixtum Senensem a) Leusdenium b) & Caveum. c) Non autem mireris Lucam plura de Paulo, d) quam de aliis Apostolis memoriæ tradidisse, siquidem ipsum illi cum primis adhæsisse ex antecedentibus jam satis exploratum est, neque enim cæteris undiquaque dispersis omnibus simul adesse valuit. Adde, quod nec ipsi Paulo semper fuerit præesens: unde & ejusdem gesta non pauca omisisse traditur, e) nedum quod à reliquis Apostolis peracta omnia recensuisse ipsum arbitremur. Baronii f) Sententiam aliis examinandam relinquimus, quando dicit: *eam Lucam in scribendo (de Actis Apostolicis loquitur) iniisse rationem, ut interpolatis temporibus eadem Acta conscripserit: quippe qui res, quibus præesens fuerit, continuo scriptis commendavit, omniaq; singillatim, ut gesta essent, distinctè admodum fuerit profecutus: cætera autem quæ se absente acta fuissent,*

fuissent, ea vel brevi compendio comprehensa, summatim scripserit, vel prorsus intacta reliquerit.

a) Bibl. S. lib. I. p. 18. b) in Philol. Diff. XIX. Sect. XVI. p. 156. c) Hist. Lit. Sec. I. p. 11. d) V. Sixtum Senens. l. c. Leusden. l. c. Sect. XII. | quaest. 2. p. 155. Cavenim in Antiq. Apost. p. 637. sq. e) quod Baronius in Annal. variis demonstrat locis v. g. T. I ad an. 47. n. III. p. 364. ex Gal. II. de Contentione inter Paulum atque Petrum Antiochia oborta, ad an. 58. n. XLI p. 537. ex 2. Cor. XI. de Pauli arumnis perpeffis, &c. f) ad an. 58. n. XLII. p. 537. ad an. 39. n. XII. p. 272. &c.

cujus temporis
historiam con-
tineant?

scriptionis
tempus.

locus.

XXV. Non enim unius anni aut alterius historiam in Actis Apostolicis pertexi habeas persuasum, sed inde ab Ascensione Domini usque ad biennium Romæ commorantis Pauli, a) h. e. juxta calculum Baronii septem & viginti annorum historia in iis recensetur. Cum enim in fine hujus libri biennium egisse Paulum in conducto suo scribat Lucas, plane post illud tempus extremam manum operi imposuisse se significat. b) Hoc ipsum verò in annum à N. C. sexagesimum primum incidere asserit Baronius, c) Stratemanno d) è contrario modo dictis annis unum detrahente, Hoffmanno e) verò iisdem duos insuper addente. Romæ illud operis confectum esse, omnes f) uno velut ore asserunt, nisi solum Grotium excipias, cujus quidem singularem plane sententiam ex ipsiusmet verbis optime colligere licebit sic se habentibus: g) *Librum autem hunc (Evangelium Lucæ intelligit) & qui est de Actibus Apostolis scriptum arbitror non multò post quam Paulus Româ abiit in Hispaniam. Nam in id tempus desinit Actuum liber, qui si serius scriptus esset, in ulteriora etiam tempora narrationem protenderet. Puto autem Româ iisse Lucam in Achajam, atq; ibi ab eo conscriptos quos habemus libros: quos & Hieronymus prodidit. Sunt qui XVto post Christi Ascensum anno, sunt qui secundo & vicesimo id factum narrant. At verò præterea quod incertum sit, quonam Lucas discedens Romanâ abierit? fallitur Grotius provocans ad Hieronymum, utpote qui b) de volumine in Achaja condito à Luca differens, ipsius Evangelium intelligit, in quo *audita magis, quam visa describit*: Et in loco hic cit. f) inter allegata adducta disertis verbis inquit, Actorum librum Romæ esse compositum. Nec videmus, quâ ipsius ratio temporis cum re conveniat?*

a) juxta

a) juxta Hieron. Cat. Script. T. I. p. 173. Sophronium ap. Theophyl. p. 292. & Caveum H. S. Sec. I. p. II. b) conf. Cavei Antiq. Apost. p. 637. c) ad an. 61. n. VI. p. 623. cui assentitur Sixtus Sen. Bibl. S. lib. I. p. 17. d) in Theat. Hist. Exit. VI. p. 225. e) in Lex. univ. T. I. p. 933. f) evolve Hieron. l. c. Sophron. l. c. Scopffium Acad. I. C. Class. I. p. 23. Caveum l. c. g) extant ea T. VI. Crit. S. p. 1152. h) procem. in Matth. T. IX. f. II.

XXVI. Hunc librum non minoris, quam Evangelium auto-^{Autoritas.} ritatis esse, docetur à Patribus. a) Accedit, quod antiquitas, Caveo b) ex Chrysostomo testante, eundem publice prælegerit. Cur autem ante Pentecostis Festum id factum fuerit? cum tamen res post illud Festum gestas tradat, ibidem videas. Hic forte id adhuc non displicebit annotasse, Sixto Senensi referente c) quod sc. hunc librum Josephus Judæus, Tyberinus Comes, in Hebraicam linguam translatum; in Gazophylacio Judæorum Tyberiadis reperit anno à Christo nato 370.

a) Eusebio H. E. lib III. c. IV. p. 73. Epiphonio lib. II. adv. Hæres. T. I. Hæres. LI. n. IV. p. 425. &c. b) in Antiq. Apost. p. 638. c) in Bibl. S. lib. I. p. 17.

XXVII. Hæc itaque sunt scripta à Luca nobis tradita; Occur-^{Peculiaris} runt tamen circa eadem adhuc nonnulla, quæ habent sibi peculiaris, quædam. Hæc partim rem propositam & partim rationem rei proponendæ respiciunt. Illius generis sunt ista, quod genealogiam Salvatoris nostri extendat usque ad Adamum Luc. III. cujus quidem rei rationes videas apud Magdeburgenses: a) quod tria cantica scil. Mariæ, Luc. I, 46. seqq. Zachariæ, v. 67. seqq. & Simeonis Luc. II, 28. seqq. in Ecclesia cantanda exhibeat, quod fecit nullus Evangelistarum; b) & quæ id genus alia soli Lucæ debemus. Huc verò pertinet, quod προοιμιᾶζων, καὶ μὴ ἀκεφαλῶς εἰς λόγους πίπτει, c) & nominatim libros suos alicui jubeat esse sacros. Est ille Theophilus, de quo equidem præter nomen nihil sciri asserunt Magdeburgenses, d) aliis tamen vel e) quemcunque *DEUM amantem* Christianum; vel f) certum quendam virum dignitate conspicuum hoc nomine denotari ob titulum κρατίς existimantibus. Quod lectoris arbitrio relinquimus. An verò Lucas Θεοφίλω h. e. *Amori DEI* (in abstracto) libros suos dicaverit: g) illud est, de quo dubitamus. Qui in dignitate constitutum virum intelligunt varias Dedicationis allegant rationes, quas videre licet loc. allegat. lit. h) & i.)

a) Cent.

a) Cent. I. lib. I. c. X. p. 281. b) v. Leusd. Diff. XVIII. Sect. XVII. qu. 6. p. 148. c) idem l. c. qu. 5. & Erasmus in Luc. I. invenies T. VI. Crit. S. p. 1119. d) Cent. I. lib. II. c. X. p. 621. e) ut Ambrosio Opp. T. V. p. 9. Sixto Sen. Bibl. S. lib. I. p. 17. Camerone in Crit. S. T. VI. p. 1147. seq. qui in fine dubitans addit: *sed nihil tamen affirmo.* f) quamvis in eo non convenient, quis & qualis ille fuerit? evolvas interim Theophylactum argum. in Luc. p. 293. Grotium in Bibl. Crit. T. VI. p. 1154. Baron. ad an. 58. n. XXXII. p. 533. Leusd. l. c. qu. 3. p. 147. Joh. Boys l. c. p. 127. & Excell. Dn. L. Ittigium Dissert. de Patribus Apost. §. VI. p. 9. quæ extat in Bibliothec. Patr: Apost. g) uti ex Salviano refert Adami in Delic. Bibl. N. T. mens. August. 1694. p. 1122. h) ibid. p. 1124. Boys. l. c.

Græcè scriptit.

XXVIII. Lingua, quæ est Græcis propria, Lucam consignasse Acta Apostolica testis est Senensis, a) idemque præter hunc b) de Evangelio affirmat Augustinus c) cum Corneliò à Lapide, d) Fullerus, e) solidè demonstrat. Hujus enim idiomatis non erat inexpertus f) imò peritissimus, g) inter omnes Evangelistas h) callendissimus. Et licet etiam Hebraicè edoctus fuerit, i) (quod à nonnullis ipsi denegatum esse k) docet Hieronymus) unde Hebraismos quam plurimos immiscuisse dicitur, l) magis tamen Græcas literas scivisse, quam Hebræas m) judicatur.

a) Bibl. S. lib. I. p. 17. b) l. c. c) lib. I. de Conf. Evang. c. II. Opp. T. IV. p. 372. d) Proleg. in Luc. p. 1. e) Miscellaneorum Theol. lib. IV. c. I. p. 399. Argentorati 1650. f) testibus Hieron. Cat. Script. T. I. p. 173. Sophronio ap. Theophyl. p. 292. Platina in Cleto I. p. 11. Grotio T. VI. Crit. S. p. 1152. g) teste Sixto Sen. Bibl. S. lib. I. p. 17. h) juxta Hieron. T. III. Ep. ad Damasum p. 83. i) uti refert Theophylactus argum. in Luc. p. 293. k) T. III. de traditionibus Hebr. in Genesin p. 147. l) ap. Leusd. Diff. XII. P. I. Sect. I. p. 92. conf. Erasmus T. VI. Crit. S. p. 1119. m) v. Hieron. lib. III. in Es. c. VI. Opp. T. V. f. 28. & lib. IX. in Es. c. XXVIII. p. 101. & T. III. Ep. ad Damas. p. 83. Erasmus l. c.

Stylus.

XXIX. Styli rationem quod concernit, eandem optimè explicat Leusdenius a) ita scribens: *Stylus Lucæ est florens, elegans, & historico more dilucidus; est aliquanto politior stylo Matthæi & Marci. Forma sermonis est humilis, & ad popularem purè loquendi consuetudinem sese accommodat; nihilominus si rem ipsam consideremus, ipsius stylus est gravis & sublimis. Et paulo post: Sanè si quis attentius Lucæ stylum consideret, videbit ejus scriptis aliquam suavitatem & elegantiam, quæ apud alios Evangelistas non invenitur, inesse.*

inasse. Et si conferamus alios *b)* plerumque res eodem recidit, ut afferant; stylo Lucæ aliquid inesse suavitatis & redolere eloquentiam. Stylum Histoicum Lucæ ceu peculiarem vindicat Ambrosius, *c)* quem vide. Immo ipsum aliis Evangelistis prolixiori multò genere scribendi uti, & multa fusius ac copiosius quam cæteri describere, autor est Leusdenius *d)* cura Caveo. *e)* Hinc ille *f)* quoque proverbium enatum esse existimat inter Belgas usitatissimum: *Videbimus an Lucas de eo scribat?* quando v. g. liberi à parentibus quid expetunt, nonnunquam illis hoc regeritur, quo volunt innuere, si Lucas copiosus scriptor ea de re nil scripserit, nec alios ejus rei facturos mentionem: & per consequens ipsos nihil accepturos. Sicuti & apud nos ferè clarius exprimitur: *St. Lucas schreibt nichts davon.*

a) Dissert. XVIII. Sect. XVII. quest. 5. p. 147. seq. *b)* Hieron. lib. III. Comment. in Es. c. VI. Opp. T. V. fol. 28. Corn. à Lap. Proleg. in Luc. p. 1. Aretii Comment. in Lucam p. 4. Cavei in Antiq. Apost. p. 638. & Hist. Lit. Sec. I. p. 11. *c)* præfat. in Lucam Opp. T. V. p. 5. & 6. *d)* l. c. *e)* Hist. Lit. l. c. *f)* l. c.

XXX. Quanquam autem duo ista volumina ea sedulitate ab- Etiam concio-
solverit, ut in neutro eorum quicquam desiderari possit, non tamen natus est.
ideo censeas, ipsum subinde intra parietes domi delituisse, ac ex-
arandis literis duntaxat operam dedisse, sed quod etiam viva voce
Ecclesiam erudiverit, vel inde patet, quod à Paulo ad Ecclesias, fo-
vendæ sementi, quam ipse fecerat, ablegatus est. Hoc sæpiuscule fa-
ctum arbitratur Grotius *a)*. Quoniam autem Lucas abierit, postquam
Roma discessit, incertum est. Epiphanius *b)* tamen tradit, præ-
dicasse ipsum primùm quidem in Dalmatia, ac Gallia & in Italia,
ac Macedonia. Verum legi apud Oecumenium, eundem Roma
cum discessisset, in Orientem esse reversum, rursusque Lybiam
petiisse Thebanosque instituisse religionem Christianam, tradit Baro-
nius. *c)*. Sic in Græciam reversum esse Romam docet Nicephorus. *d)*
Alexandrinis verò, universæque regioni, quæ illi adjacet, usque ad
Pentapolim *e)* ipsum prædicasse Evangelium svasor est Senensis.

a) l. sæpe cit. *b)* lib. II. adv. Hæres. T. I. hæ. LI. n. XI. p. 433. *c)* ad
an. 61. n. VII. p. 623. seq. *d)* H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. *e)* Bibl.
S. l. c.

XXXI. Præterea inter alios quoque Lucæ nostro adscriptam Apocrypha.
D fuisse

fuisse Epistolam ad Hebræos, ex Origene perhibent Eusebius *a)* & Nicephorus. *b)* Iidem *c)* verò etiam referunt ex Clemente Alexandrino, eam epistolam Pauli quidem esse, sed Hebraicè conscriptam; *Lucam verò eandem Græco sermone studiosè interpretatum, Græcis hominibus edidisse.* Qua propter in ea idem dictionis color, qui in Actibus Apostolicis, inveniatur. Tandem eos, qui Matthæum Hebraicè scripsisse arbitrantur, nostro Lucæ attribuere, quod illius Evangelium Græce reddiderit, è Casaubono Salomon Glassius *d)* nobis tradit.

a) H. E. lib. VI. c. XXV. p. 227. *b)* H. E. lib. V. p. 221. coll. lib. II. c. XLVI. p. 146. quæ etiam ex Homiliis Origenis in Epist. ad Hebr. excerpta extant in Eiusdem Commentariis T. II. p. 430 *c)* Eusebius H. E. lib. VI. c. XIV. p. 215 & Nic. H. E. lib. IV. c. XXXIII. p. 204. *d)* Philol. S. lib. I. Tract. IV. Sect. II. Can. I. p. 231. quod idem ex Anastasii Sinaitæ sine lib. VIII. Comment. in Hexaëmeron Casp. Barthius Adversar. lib. V. c. XIV. p. 236. annotat.

Obitus.

quando?
ubi?

quomodo?

XXXII. Ultima in senectute tandem Deo reddidisse spiritum docetur à Scriptoribus. Quando autem, ubi & quomodo discesserit è vita? miranda est sententiarum varietas. Hinc etiam nos potius easdem tantum indicabimus, quam frustra conabimur componere. Circa annum Christi 70. ipsum obiisse Caveus *a)* refert, Stratemannò *b)* è contra mortem ejus in 78. incidere statuente. Sic quidam *c)* in Græcia; Martyrologium Rom. *d)* in Bythynia; Dorotheus *e)* Ephesi; Sixtus *f)* Alexandria; Arabicus quidam scriptor *g)* Romæ; in Achaja verò Leusdenius *h)* & Schopffius *i)* ipsum vivis excessisse asserunt. Martyrio eum affectum esse, produnt verba Nazianzeni *k)* adversus Imperatorum directa, ex interpretatione Jacobi Billii: Non victimas pro Christo cæsas reveritus es? nec magnos pugiles extimuisi, Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Teclam, eos qui & post illos & ante illos capitis sui periculo veritatem protexerunt? & versus Paulini Nolani: *l)*

*Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas
Martyr, & illustis sanguine Nazarius.*

An autem ἐπὶ καρποφόρῳ ἐλαίᾳς, ex fructifera oleæ arbore suspensus, quod aridi ligni, unde crux fieret, copia non esset, Deo commendavit spiritum, uti vult Nicephorus *m)* nondum est evictum.

Dici.

Dicitur communiter ætatis attigisse annum 84. *n*) Summæ tamen huic annum unum Platina, *o*) quatuor autem Nicephorus *p*) detrahit.

a) Hist. L. Sec. I. p. 11. *b*) Theatr. Hist. Exit. VI. p. 225. *c*) referente Schopffio Acad. J. C. Clas. I. p. 23. *d*) ad d. 18. Oct. p. 441. *e*) Bibl. Patr. T. III. p. 148. *f*) Bibl. S. lib. I. p. 17. *g*) ex Kirstenio referente Caveo in Antiq. Apost. p. 635. *h*) Diff. XVIII. Sect. XVII. qu. 6. p. 149. *i*) l. c. *k*) Orat. I. in Julian. Opp. T. II. p. 762. Basileæ 1571. *l*) ap. Baronium ad an. 61. n. VII. p. 624. *m*) H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. *n*) Hieron. Cat. Script. T. I. p. 173. Sixtum Sen. l. c. Bellarm. de Script. Eccl. p. 26. & Caveum H. C. l. c. *o*) in Cleto. I. p. 11. *p*) l. c.

XXXIII. Alexandriae Lucam sepultum esse, Sixtus Senensis memorat. *a*) Inde tamen ejus ossa Constantinopolim anno Constantii vigesimo translata esse cum cæteris omnibus *b*) fatetur. Urbem hanc reliquias Lucæ d. V. non. Mart. introiisse, ex Hydatio Barthius *c*) annotat. An verò hincce Patavium *d*) delata fuerint, ubi adhuc tum asserventur, veremur, ne Pontificiorum hagiolatrarum sit vana gloriatio. Fabulis Nicephori insuper annumerandum est, quando Lucæ corpus, cum inter plura monumenta sepultum esset, fidelium oratione indicatum esse narrat: *e*) *Salubria enim, ait, Deus collyria cælitus in monumentum eis demisit: ad indicium, ut opinor, curæ sanationis ejus. Unde etiam sepulchrum ejus à fidelibus omnibus est cognitum. Sic de unguento medico, ap. Baronium *f*) quod ex membris ejus scaturit, quo etiam signo ejus repertas reliquias tradit, esto par judicium.*

a) Bibl. S. lib. I. p. 17. *b*) Hieron. Cat. Script. T. I. p. 173. & T. II. adv. Vigilantium Ep. LX. fol. 84. Martyrol. R. ad d. 18. Oct. p. 441. Sophron. ap. Theophyl. p. 292. Doroth. Bibl. Patr. T. III. p. 148. Platina in Cleto p. 11. Schopff. Acad. J. C. Classe I. p. 23. *c*) Adversar. lib. LI. c. IV. p. 2382. *d*) l. c. *e*) H. E. lib. II. c. XLIII. p. 136. *f*) ad an. 61. n. IX. p. 624.

XXIV. Demum viginti quinque privilegia S. Lucæ concessa Privilegia recensere Joannem de la Haye in Apparatu Evangel. refert Cornel. à Lapide. Quæ inter illud esse dicit, *S. Lucam perpetuo virginitatem conservasse, ideoque B. virgini fuisse dilectum præ cæteris.* Hic obiter observandum B. D. Gerhardum, *a*) non sine fundamento Onuphrium malitiæ arguere, quod in postremis Platinae editioni-

247/670
tionibus negativam addat, scribendo: *Lucas uxorem NON habuit.* Nam in editione, quæ prodiit Coloniae 1562. expresse dicit: *uxorem habuit*, in altera autem quæ ibidem 1573. lucem aspexit, inquit: *uxorem NON habens.* Quæ vero editio alteri sit præferenda, legentis iudicio relinquimus. Non autem dissimulare possumus, nos nullibi legisse, quod uxoratus; benè tamen, quod cœlebs *c)* fuerit.

a) proleg. in Luc. p. 2. b) Tom. VI. LL. Theol. de Ministerio Eccles. cap. VII. Sect. post. §. 345. p. 564. c) v. Platina, Sixtus Sen. Bellarminus, Caveus Hist. Lit. II. cc. Leusdenius Diss. XVIII. Sect. XV. pag. 146. Aretius Comment. in Luc. p. 2.

XXXV. Tandem hîc dicendum foret de bove seu vitulo, quod Lucæ insigne dicitur ob sacerdotium, circa quod in suo Evangelio versatur. Sed ablegamus B. L. ad B. Thomasi Dissertationem supra citatam. Obiter saltem observabimus (si sacris profana conjugere licet) quod Baronius *a)* ex Varrone annotat, bovem antiqua voce in Italia *Luca* appellari consuevisse. Et hinc forte Itælorum proverbium est ortum: è Compagno di S. Luca il tale h. e. socius S. Lucæ talis, quod malefana allusione ei applicare solent, cui uxor infidelis contigit.

a) ad an. 58. n. XXXIV. p. 534.

XXXVI. Nos verò potius eò allaborabimus, ut sanguine Jesu Christi, qui instar agni pro nobis immolatus est, à peccatis nostris mundemur. Quod faxit
Triunus!

Δόξα μόνῳ τῷ Θεῷ!



nc

VOM

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

